

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens Orationum Volumen Primum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Index Orationvm quae in primo hoc uolumine continentur.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764059](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-764059)

INDEX
ORATIONVM
quae hoc uolumine continentur:



- I. Pro P. Quinctio. 1.
- II. Pro Sex. Roscio Amerino. 37.
- III. Pro Q. Roscio Comoedo. 65.
- IV. In Q. Caecilium oratio: siue, Diuinatio, de accusatore in C. Verrem constituendo. 79.
- V. Actio 1. in C. Verrem. 103.
- VI. Actionis 11. in C. Verrem liber. 1. de uita ante acta, seu praetura urbana. 117.
- VII. Actionis 11. in C. Verrem liber 11. de iurisdictione Siciliensi. 151.
- IIIX. Actionis 11. in C. Verrem liber 111. de frumento. 185.
- IX. Actionis 11. in C. Verrem liber 111. de signis. 229.
- X. Actionis 11. in C. Verrem liber 111. de supplicijs. 257.
- XI. Pro M. Fonteio. 293.
- XII. Pro A. Licio Caecina. 301.



INDEX
ORATIONVM
quae hoc volumine continentur:



- I. Pro F. Quintio. 1.
- II. Pro C. Roscio Amerino. 37.
- III. Pro Q. Roscio Comodo. 67.
- IV. Pro C. Caecina Caelio; sine Dinnatio, de accusatore. 116.
- V. Pro C. Caecina Caelio. 129.
- VI. Pro C. Caecina Caelio. 137.
- VII. Pro C. Caecina Caelio. 147.
- VIII. Pro C. Caecina Caelio. 157.
- IX. Pro C. Caecina Caelio. 167.
- X. Pro C. Caecina Caelio. 177.
- XI. Pro C. Caecina Caelio. 187.
- XII. Pro C. Caecina Caelio. 197.
- XIII. Pro A. Licinio Crasso. 207.





IN ORATIONEM CICERONIS
PRO P. QVINCTIO
PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS



ARGVMENTVM

HAEC priuata caussa est, quam adolescens egit Cicero, Decula & Dolabella cos. annos natus, ut recte contra Cornelium Nepotem Gellius probat, uigintisex. nam, cum Sulla uictor nouis legibus & moribus rep. constituisset, Cicero ad causas priuatas, & publicas adire coepit, dixitq. pro Quinctio apud C. Aquillium Gallum: quam orationem idem Gellus Illustrissimam appellat. Nec tamen causam hanc egit primam: quod illa uerba non obscure significant: Ita se res habet, ut ego, qui neque usu satis, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer. Et illa etiam apertius: Quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. Argumentum orationis ex ipso Cicerone colligitur. Sed, quia diffusum, multisq. uerbis explicatum laborem & difficultatem studiosis afferre potest; summa rerum quasi decerpam, breuiterq. perstricta proponam, quo facilius comprehendantur. Sex. Naeuius praeco biennio ante, Scipione & Norbano cos. Gallicanum P. Quinctij fundum occupauerat, impetrata Burrieni praetoris edicto bonorum eius possessione, quod eum ex societate pecuniam sibi debere, & uadimonium deseruisse diceret. Neque hac iniuria contentus, multis post mensibus Quinctio suum ius persequente, a Dolabella praetore postulauit, ut sibi Quinctius iudicatum solui satisfaceret, ex formula, quod ab eo peteret, cuius bona dies triginta ex edicto praetoris possessa essent. Recusante eam condicionem Quinctio, ut ignominiosam; quia, si possessa ex edicto praetoris bona sua fateretur, simul, desertum a se uadimonium esse, fateri cogebatur; praetor tamen, nullo iure, nullo more, iussit Quinctium aut satisfacere solum, aut sponsonem cum Naeuio facere, si bona sua ex edicto Burrieni praetoris dies triginta possessa essent. Cum utraque periniqua condicio uideretur; sponsonem Quinctius facere maluit; & quamquam reus esset, priore tamen loco contra consuetudinem causam diceret. Iudicem sumpsit, idest ab urbano praetore datum
A accepit,